



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Vigesimoseptimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-3333**

causas prebeat & agat ad eiusmodi fidē & fiduciā in eis ponendā. Nonne hoc conquerendū & miserabile est, diabolū vel hominē, nihil prēcipientē aut nihil cogentem, sed tanū promittentē & pollicentem, supra deū collocari, qui promittit, cogit, & præcipit credi, & tamen plus diabolo q̄ deo tribuit? Merito em pudente afficiamur, exempla sumentes ab in diabolū vel hominem confidentibus. Nam si diabolus, quāuis malus & mendax spiritus, fidē seruat, omnibus societate cum eo ineuntibus, quomodo non multo amplius, imo solus mansuetissimus & veracissimus Deus fidem seruabit, in se confidentibus. Dives cōfudit & nititur suis pecunij & opibus, idq̄ ipsi prodest. Et nos nolumus confidere & nisi viuo Deo, ut nos & velit & possit adiuvare. Prouerbio dicitur, Opes faciunt animū. Ideq; verū est. Ut scribit Baruchi 3. Qui argenti & aurū thesaurizant, in quo confident homines, & non est finis acquisitionis eius. Sed multo maior est animus, quem facit summi eternūq; bonū: quo non homines, sed tanū filii Dei nituntur & in illud confident.

## VIGESIMO SEPTIMO.

¶ Quod si nihil eiusmodi aduersitatū atq; calamitatū nos coegerat ad deī nomen inuocandū, eiq; fidendū, tamen vel solum peccatum sufficiat in hoc opere nos exercere & agere. Nam peccatum nos triplici forti exercitu obsedit. Quoū primus est, nostrā propria caro, secundus mundus, tertius malus spiritus, quibus perpetuo vrgemur, agimur, & grauamur. Ita nobis causam misirante continenter deo opera faciēdi, hoc est, cum īsdē hostiis & peccatis depugnandi. Siquidem caro querit voluptatem & requiem, mundus querit opes, fauorem, potentiam, & honores. Malus spiritus querit superbiam, iactantia, & sui ipsius amorem, & aliorum hominū contemptum. Quae omnia tam potestū sunt ut singulis satis sit virium ad oppugnandum supandi q̄ hominē. Que nos quidem vincere nequaq; possumus, nisi in uocatioō sancti nominis dei in firma fide. Ut Salomon prouer. 18. ait. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Sic David psal. cxv. Calicem salutaris accipiam, & nomē dñi inuocabo. Itē psal. 17. Laudās inuocabo dñm & ab inimicis meis salu<sup>9</sup> ero. Hęc opera, sed & virtus dñiū noīs nobis ignota est facta, ideo quod non assueuimus eo, necq; vñq; serio cum peccatis pugnauimus, eius nomine non egentes. Quod indebet, quod exercitati sumus dūtaxat nostris proprijs operib<sup>9</sup>, quae nostris viribus facere possumus,

D ii

Peccatum quā varie nos op pugner.